


22101



22101

Г. ВИБЛЮТЕКІ
А. А. А. Ч.
ІСАНДУМ ІСАНДУМ



I
C
S
lo

A

AULICUS PO- LITICUS: *w. 121.*

DIVERSIS RE-

GVLIS, PRÆCEPTIS
SIVE, VT ICTus IA VOLENVS
loquitur, definitionibus selectis, videlicet
CCCLXII. Antiquorum & Neoterico-
rum prudentiaz Civilis Docto-
rum instructus

AB EVERHARDO à VVEIHE.

Olim sub nomine

DVRI DE PASCOLO.



FRANCOFVRTI.

Typis Antonii Huminii, Sumptibus vero

JOHANNIS BEYERI Bibl.

22101

M. DC. XLII.

ASCI-AN

22101

Z BIBLIOTEKI
SEMINARIUM
SANDOMIERSKIEGO



P R A E F A T I O .
L E C T O R I S .

Dicitur, Discursus si tractaueris, quamvis nec peritus nec imperitus satisficeris: hi enim neque recte eligunt, neque probè diudicant: illi ipsi pro tempore, & re in arenā nata, de iis tanquam non perpetuis differere morunt, & inde plus nudis thesib & theorematibus tribuendū esse multi exercitati estimarunt. Tamen ut peritorum & imperitorum aviditati satisfiat, Theses non Theses, exemplo Guicciardini, Lottini & Sansovini, præmittere aulicas voluimus: hac cauione præstata, ut eadem exemplis, ex historiis petitis stipat & illustrat, si negotia & vitæ inducias dederint, sequantur: interim insufflamentum & copiam perpendendi istas diligentius & inspiciendi accuratius relinquimus quibus hoc facere libuerit, & gratum fuerit: ita tamen ne cogitationes excitentur impiae, absurdæ & nocentes: ne vē corrumptātur iudicia: & ne denique omne genus per-

versitatis & profanitatis inducatur. Autor
si & hoc scire aves, sæpè in hoc libello ex pre-
posito ταυτολογεῖ, & interdum non persequi-
tur eo ordine, quo instituit, nec exacte & su-
perstitionisabilem & leges Logicorum obser-
vat. Rogat itaque, ne quis propterea opuscu-
lum fastidiat: quod nemo faciet, qui novit
aulicararò ordine bono tractari: & magnos
viros rem ipsam spectare, non verbacaptare,
quod est ex sententia Pauli I. C. calumniari,
& solide doctos artemque sapientiae re-
nentes, istam curiosam inqui-
sitionem detestari.

Vale.



AVLI-



A V L I C V S.

1.

 Xpendat Admonentibus prudentiæ magistris, qui se dicare vult Principibus , an semper occupatus , infelix surgere , labores aulicostolerare , famem perpeti , sitiū sufferre , invidiam , calumniam & contumelias æquo animo sustinere : honores , famam immortalem in ea aula quam ingreditur , potentiam , diuitias , voluptates adquirere ; & quod primum est , pietatem exercere , animæ beatitudinem lucrari ; & quæ Deo grata ac Reipublicæ salutaria sunt , gerere , queat .

2. Aulicus vir bonus , etiam optimè de Principe meritus , vix potest invidiam & evasionem effugere : carceres & alias calamitates , tum ad minimum vicissitudines aulicas . Exemplum memorabile vt de veteribus nihil dicamus , & miserabilis casus , habemus in Papiniano , Petro de Vineis , Moro , Aluaro de Luna , Iacobo Corde , Otthone Crondorfer , in Columbo , quem fœde Bambadilla evertebat , in Cominæo , Bussono , Consaluo , & aliis infinitis ; nec desunt exempla & documenta in aulis principum Germanorum , vetera & recentia .

3. Itaque si hæc & alia , quæ aulici scriptores recensent mala , timeat , aulam fugiat &

vatus vivat: qui , licet & suas sentiat difficultates, tamen opinione hominum nihil præstabilis mediocri vitæ genere privato : quod qui, assequi & tueri potest, is Cominæo videtur felicissimus.

Felices quibus obtigit

Sors, ec summa, nec infima.

Sed sane modica: & quibus

Castos annuit aurea

Nancisci thalamos Venus,

inquit Eurip. Et aureum Senecæ illud :

Qui notus nimis omnibus,

Ignotus moritur sibi.

Eleganter elegans, eruditissimus & gravis

Poeta :

Praefat superlex sobria.

Rectique parta regula:

Quam rapia per vim, divitum.

Fastidiosa copia.

Quod vulgariter exprimunt :

Cum dat oluscula mensa minuscula pace quieta,

Nepete grandia: lautaq; prandia lite repleta.

4. Consideret & hoc : Paucos in aulis bonos inveniri. Est enim tralatitium, ad aulam & bellum paucos bonas artes adferre & barbarè, tamen verè veteres dixisse :

In aula Regis, non est multum legis :

Si qui sunt boni: coguntur esse ova

Si qui sunt mali: sane in gratia regali;

Si qui sunt ceteri fermè sunt bibuli.

5. Animus tamen est, qui vitam aulicam,

vt omnem aliam vel suavem, vel molestam, & acerbam reddit, & qui commendat omnia, à quo, si vir bonus impetrare potest, aulæ pelagum & mare inquietum, in quo infinita sunt monstra, magno & erecto animo, Dei ordinationem perpendens, ingrediatur, effœminatorum hominum Philosophiam, simulata m & momentaneam contempnens.

6. Licet Basilius Magnus, Petrarcha, Antonius de Guevara, multique alij vitam privatam & solitariam suaviter & eruditè commendent: toto tamen cœlo aberrat, qui vitam privatam solam per se beatam existimat: nullum enim est tām insulsum & impium factum: q̄ autore careat inter privatos: & privati, ruptis ill. formulis, ruptis veritatis & honestatis repagulis, partim infiditia, partim improbitate, quicquid volent, agunt. Et nunquam prudētia & beatitas humana meruisse potuit, vt id quod naturæ vniuersæ communiter accidit, in eo quis priuatam aliquam præ cæteris felicitatem sibi pollicetur: nisi solo animo adversa corrigat. De omnibus enim tām privatis quam aulicis dictum:

*Maledicta terra in opere tuo: in sudore
vultus tui vesceris pane tuo.*

Et illud:

*Ambitiosus bonos & opes & fœda voluptas,
Hæc tria pro trino numine, Mundus habet.
Non itaque aulam, sed mundum vniuersum fugiat, qui beatam vitam querit.*

V& soli homini: solus homo est pecus Deus ve:
Te animo populis subtrahere, non pede, atque dura,
7. Verum postquam sit

Aula locus, fortuna suos, vbi lubrica ludos,
Ludit, & eludit nunc hos, nunc deiicit illos:

Isquisaulam ambit historiarum & lingua-
rum cognitione, eloquentiae & juris præce-
ptis bene instructus (detali enim agimus) in
principio Principium, videlicet Deum Opt.
Max. ardentibus votis pronus invocet: ut in
vastissimo pelago ac monstriferointer Scyl-
lam & Charybdim navigantem, gubernare &
custodire velit, ne aulicus plus creaturam:
hoc est, principem: quam creatorem Deum,
colat; ne cuiquam noceat, sed sua & necessa-
ria agat: & tandem ad portum æternæ & cœ-
lestis aulæ perueniat: cotidie clamans seriò:

Tu rege consilis aclus, pater optime, nostros:
Nostrum opus laudi seruiat omne tuæ,

8. Aulicus diuinagratia & opere munitus,
legitime inter aulicos cooptatus, reliqua cre-
dat Deo: ipse viam inveniet facilem, & rem
omnem ita diriget, ut aulicus feliciter enatare
& vivere possit. Aulice

Crede Deo te, remque tuam, & spe falle dolorem.
Eventus pia fata dabunt: prece victa, secundos.

Sic:

Fert placide, nec ab ordine cedit honestas.

9. Deinde cum ex sententia Egesippi,
dignitate dominantium, ministrorum obse-
quia ornentur, & vivere sub principe poten-
tissimis

riſſimo libertas sit, Luca de Penna referente
quærat potius, potentissimi Principis, quām
infirmi: & libentiūs prudentissimi, quām po-
tentissimi aulam.

10. Ex ſententia Scaligeri iſtius Magni,
Aulam reperit qui bonam, & utilem & fidelem,
Me autore ſequatur, duce me meque ſequente.
Si quis queritur, nec fugit, huius miserebor.

11. Aulicuſtanquam exercitatus Medicuſ, debet prævidere in exordio vitæ aulicæ, quid ſperandum, quidve timendum fit in aula: neque plus timere, neque plus ſperare, quām convenit. Facile enim potest cognoscere, ſpes num ſit ponenda in augmento vel declinatione: quo cognito, prognosticon inſtituat & conſiliā dirigat.

12. Quām diu hæret in aula, det operam Principibus eſſe ſubiectiſſimus.

*Danda opera eſt magnis, ſed non cum vulnere
mentis;*

Danda opera eſt magnis, ſed comitante metu:

Et affueſcat quantum potest malis. Scaliger.

* *Præſenti animo compositus perfer & iuſta.*

Affueſce malis quo domites neceſſitates.

Non te mala laident: niſi te ea laedere dicas:

* *Adverſa accunt magnanimum, proſpera mollem,*

Labor ipſe laborem abdicat, dolor dolorem.

* *Suique Dominus ſemper maneat.*

Tete capere, effundere te, patique diſce:

Te cogere, laxare, repaſtiñare ſic te

Cogens neque cogis, neque cogeriſ coaſlus.

13. Cùm verò miserabilis sit Aulicorum conditio , in primis si post maxima pericula & labores domi & foris exantlatos, tandem fraude & calumniis scelestissimorum & impudico rabilæ & canis curiarum , ore, debent cadere, benè sibi prospiciant aulici , in exordio , cum Principibus contrahentes , & formam obligationis amicis in aliis regionib⁹ degentibus tradant: ne tempore necessitatis (ut fieri solet) repetatur, & probationis materia auferatur.

14. Cùm Principes ut plurimum libertatem dicendi ferre non possit, & vindicta libera vota corrigant : mirum non est, plerumq; deesse qui illos ex animo & syncerè moneant: cū P. Cameratio referente per pauci inueniātur, vel propè nulli, qui ipsos, ac non fortunę splendorem, & suas commoditates sequantur.

15. Bonus Consiliarius aulicus , non debet tamen celare veritatem Patrie & Principi liu⁹ & etat utilē: etiam si in periculum vitæ inciderit. Melius enim est & laudabilius perdere vitā, quam monere & supprimere salubre consilium , & mortuum veracem plus diligit Princeps, quam adulatorem vivum: & hæredibus mortui , compensabit: iustus & prudens Princeps.

16. Bonum aulicum Consiliarium nec tempus immutat , nec rumpit necessitas, nec insolentia exulcerat, nec improbitas malorum hominu⁹ defatigat. Sed cum Socrate, semper idem manet.

17. In aula periculum est dicere veritatē: maxi-

maxime in iis rebus, quas Princeps prudens discernensque fideles ab infidelibus consilia-riis, & dijudicans quae sit in contrariis senten-tiis potior, constituit aggredi: & quas tamquam utiles & honestas probat: nam si feliciter suc-cesserint, amittit aulicus autoritatem & glori-am si tacuerit, & consilia finem non sortian-tur optatum, tanquam perfidus accusatur.

Consultius itaque semper viriliter dicere senten-tiam quam tacere.

18. Non enim ad horæ momenta dicere sententiam debet, verum ita ut post mortem principistam tueri, & patris consilia post mul-tos annos liberi defendere possint: Paucis e-nim natrū est; qui consilia ætatis suæ tan-tum cogitat.

19. Aulicus primum proferens votum, in publicis deliberationibus caueat, ne ille fel-i-stantim primus tintinnabulum appēdat. Diffi-cilis enim & pernicioſa est in omnibus aetio-nibus prima vox: prudentiori subsecuto ad-hæreat, eique cedat, ita tamen.

Nec consiliis alterius regi recuses:

Eſto illius, atque eſto tuus, tuum ſerua.

In poſſe tuo velle, modum in velle alieno.

20. Aulicus Consiliarius apertus in re-bus periculis & grauibus aperte in causas de-scendere, nec huc & illuc interpretationem trahere vel incerta differere, prout conducit: sed scapham scapham, appellare debet.

21. Aulicus ingressus aulam, discordias in-ter aulicos deprehendēs, nulli adhæreat parti, & se

& se neutralem conseruet: veleligat illum, qui maiori prudentia vel firmioribus fundamen-
tis nititur. Nam hic æmuli potentiam facile
franget & ipso jure: quamuis regulariter neu-
tralitas sit fugienda,

*La neutralità non assicura da nemici
Et questa non seruagli amici.*

22. Aulici oculati esse debent, & nun-
quam sine suspicione degere, nec facilè cui-
quam credere: quantumuis in speciem ami-
co nec arridenti, nec complexanti, nec vt ait
Erasmus, deieranti.

*Fide parum, multumque vide: nam fidere mul-
tum.*

Et vidisse parum, maxima damna parit.

Lepidè Scaliger.

Clarissima sententia confidere paucis.

Sed clariore est altera: confidere nulli.

23. In quacunque aula vixeris, noli sum-
*alta fuge*ma nec infima ambire: in medio tutissimus i-
bis. Potius ad summum vel ipsum, quam in
summo vel imo. Extrema cave.

— medi stranquila triumphant.

Si sapis, affectes, mediocria, summa periclia

Obvia: contemptum sordida vita parit.

Idem:

*Si sapis alta fuge, aut timide vere luce potentum;
Concidit in puncto gratia longa breui.*

24. Qui arduis negotiis expediendis, cum
magnis Principibus versantur, similes sunt
per prærupta repentibus, semper timent, sæpè
titubant, & subito corruunt. Itaque

Contra

Contra Rhodanum ne stolidè nataretentes:
 Contra Boream ne temereflare ruentem:
 Contra Pelagi streperum clamare tumultum:
 Contra ensiferum rabie certare Tyrannum
 inquit Scaliger.

25. Aulici itaque stulti sunt, qui opinantur existimationem saluam esse non posse, nisi in illorum manibus negotia recumbant:

Si aliorum exemplo saperent, imprimis arcana negotia fugerent, nudis libellis supplicibus expediens contenti: adhibiti grauioribus, raro felicem & perpetuum cursum etiam prudentissimi fortiti sunt.

26. In primis videat Aulicus ne nisi coactus mādatis & iussionibus se immisceat Principium in matrimonii, & arcanis solus. Experiencia enim testatur, proxenetas nuptiarum & arcana aliis exclusis tractantes, in ingens discrimen, felici successu non secuto, conjectos fuisse.

27. Aulicus cautus sit, ne Princeps animaduertat, quod velit Principe prudentior haberi & esse: Princeps enim licet amet homines, qui sunt negotiis pares: tamen non fert libenter, qui se ipso doctrina & experientia in rebus ciuilibus praestantiores censemur.

28. Cordati tamen & graues Aulici, nūquam ita se demittere debent, vt approbent sententias seruiles: nec formidare Principis iram, quō minus quæ rectē sentiunt, liberè dicant.

29. Fridericus Imp. optabat, vt aulici cōfiliarij

siliarii judicaturi derebus propositis, duas res ante palatium in vestibulo deponerent: *simulationem* videlicet, & *dissimulationem*. Quod inuit quoque Inscriptio in curia Ratisbonensi, que extat in tabula marmorea, aureis literis: & docent prudentissimi Veneti illustri exemplo alios, qui solent ante vestibulum curi & priuatos afferetus apud S. Marcum deponere.

30. Quamuis Aulicus Consiliarius propter virtutem, ingenium, eloquentiam & gratiam Principi sit acceptus: tamen nunquam irridebat alios, nec seipsum admiretur, ne inde interitum sibi acceleret: quem non uni hanc ob causam cotigisse scimus, viris alioquin bonis:

Plus dimidio fallitur, exceditque vero;

Mirans sua, Soli comparans seipsum.

Philautianil unquam mouit boni:

Soli qui sibi placeat, ceterosque spernat,

Is si a reliquis spernitur: hic vendit, emitque.

31. Omnes aulici Consiliarii, qui magnitudinem rerum consilia suscipiunt, cogitare debet sedulò, an quod aggrediuntur Recip. utile, Deo gratum, gerentibus gloriosum & promptius effectu, vel certe non arduum sit. male itaque egerrunt, & minus prudenter, qui fuerunt auctores in opp. efficerent, ut e Danubio in Rhenum nauigaretur. Idem de similibus judicium esto.

32. Aulici Consiliarii qui ad diuersas curas & opiniones trahuntur, & sunt irresoluti in aulis, non magnifiunt: sint igitur prompti in animi

animi cogitationibus explicandis, & constantes in iis defendendis.

Nec te instabilem crastina deprendat hora:

Sic consilio sunt sapiente constituta:

Mutare alioquin mala destinata, virtus:

34. Consiliarius siue legatus Aulicu se regia negotia quæ incipit, debet occultare, quo usque ad exitum perducta fuerint: alioquin multi moti inuidia, ea impedit, vel prudenter detrahent, quod non citius finem actioni imposuerint, inferat itaque iustum, antequam sentiat alius.

34. Prudens consiliarius efficere debet: ut nunquam sine negotiis viuat: nam varia negotiorum tractatio magnam affert Aulico existimationem.

Falsare referre pudet, vera referre nocet.

35. Inquit ille: at eo non attento Consiliarii, qui negotiorum relationi, ex qua Seneca ius oriri dicebat, praesunt, fideliter referant & narrant, ne Princeps falsæ relationi credendo multa iniqua mandet, quæ alias non iubaret: & referendarii memdaces dicantur.

36. *Cuncta* inquit Tacitus ad Imperatorem in mollius relata. Quod obseruent omnes aulici, neque addant in referendo igni oleum.

37. In magnis negotiis & deliberationibus quod obesse, & nihil prodesse potest, silencio debet inuolere prudens Consiliarius: enim casu Oratorium est, tacere.

Grauis jactura loquile est.

38. Consiliarius aulicus summo perè cūret, nenelecto Principe, vel consensu eius excluso, quicquam etiam vtiliter gerat, in primis si longè non abfuerit: alioquin tanquam contemptus offenditur. Itaque minus barbarè egit Mahometes Vesir primus, trium Ottomannorum Consiliaris, qui etiam rem minimam, quamvis se id facere posse, certò sciret, inscio Principe, determinare noluit.

39. Legatus aulicus qui idem Consiliarij officio fungi solet, nihil in mandatis propria autoritate, occasione rei melius gerendæ, mutare debet: sed omnia ad præscriptam legationis formam referre vel principem super nova & incidenti causa cōsulete.

40. Quod enim iura ciuilia statuunt, mādati sines quandoque licere excedere, sitem commissam plenius & inclius exp̄ediueris, quām iussus eras: tamen id de rebus priuatis, non etiam publicis recte accipimus: in his enim non utimur interpretatione, inde Valerius Romanos ait, *legationem quibus acceperant verbiis peregisse.*

41. Legati, oratores, interpretes, nūficij siue tempore belli, siue pacis, temporarii, sive perpetui, reidicendæ vel agendæ causa mittendi, debent explorare suas vires: neque munus illud, cui se putant impares, subire. Recte enim ICtus Gaius: *Non videtur iniquum si infirmitas culpe ad numeretur: cum affectare quisque non debet, in quo vel intelligit vel intelligere debet infirmitatem suam aliis periculosam futuram.*

Ergo:

Ergò:

*Certo modu lo te, & tua meti reprobanda:
Ne scande locos, è quibus inde sit ruendum.*

Scalig.

42. Legatos enim aulicos oportes, in *Jul legatu*
quit Cominæus, esse homines peritos, & cir-
cumspctos.

43. In legato etiam pulchritudinē requiri
in primis apud barbaros, prudentes existimāt.
Nam in corporum majestate, venerationem
esse liquet. Sic Alexander Magnus despectus à
Regina Amazonum traditur: quia non eam
pulchritudinem in maximo illo Rege reperis-
set, cuius ingentis rerum gestarum famę ru-
more percīta, ad ipsum venerat.

44. Sic Catō Stoicus, in legatos populi Ro-
manij jocatus fuisse legitur: quorum unus la-
pide quodam in caput percussus, foedas cica-
trices præferebat: alter pedibus laborabat: di-
cens: *Mittit populus Romanus legationem, quæ nec*
caput nec pedis habet.

45. Aulicus legatus ita peragat legatio-
nes, ac omnes actiones instituat, ne homines
dicant. *Legato deesse os: hoc est, talem esse, quam*
nihil pudeat.

46. Legatus ut aptus mittatur ante omnia
studendum, quamvis multi Principes vix co-
gite nt, quem mittere velint. Sic Ludouic. XI.
barbiton forcem. In primis mittant Principibus
acceptissimos.

47. Legatus sit celeri ingenij motu pre-
dictus,

ditus; vt argutè, & eleganter proponat, & respondeat: dicat agatque solerti iudicio ante cogitata & non cogitata. Sunt enim actiones plerumque tales, quæ tempus ad consultandum non præbent.

48. Consiliarius legatus & orator quamvis facundia excellere debeat, & nomen quod habet, re cōprobare:tamen simplici, nudo à coloribus, figuris, luminibus, sermone uti debet: illa enim ratio dicendi personæ Principis, cuius nōminemmittitur, coñuenit. Sermo enim legati sit sententiarum & rationum pondere magis, quam elaborata dictione illustris, sermo potius quam oratio: sermo tamen purus sit, fucatus molestus est.

Nec tardiloquum, nec celerem nec incitatum:

Nec quileues in cursibus, impotens tui sit.

Volo te compositum. re uero dicere tractim.

Inquit insignis Philosophus & Orator.

49. Legatus aulicus teneat linguam illius apud quem legatus est, ut multa incommoda impedianter. Discant itaq; nobiliores, ut iis in imutanda oratione qua prudentes Principes delectantur, ut queant. Latina alioquin bene intellecta, sufficit, nam imprudenter Nisephorus homini imponit, omnium linguarum addiscendarum onus. Nec Mithridates linguas XXII. sed idiomata calluit.

50. Legatum Philosophum merum, vix admittimus, nisi fuerit iinbutus historiarum cognitione. Nam quæ futura sunt, plerumque paria

paria iis sunt; quæ iam facta sunt: quæ nosse debet legatus, quia Politicus.

§ 1. Illud scimus temperantiā voluptatib⁹ & cupiditatib⁹ dominari. Itaq; aulicus & legatus conuiuia vitare debet. Nam solutus vino & aliorum fabulis provocatus facilis labi, & autoritatem amittere potest, *Cum sit voluntaria infania & ingenii sepultura*, Augustino teste.

§ 2. Iurisconsulti disputant, *An aulico tamquam legato oblata pertineant ad aulicum, vel principem qui ablegavit?* Sed consuetudo obtinuit, vel legato relinquuntur, nisi ex qualitate doni aliud præsumatur:

§ 3. Refert Valerius, legatos quondam Romanos munera quidē accepisse, sed detulisse etiam in ærarium: & quidem priusquam ad senatum legationē referrent: existimantes, de publico ministerio nil unquā præter laudē bene administrati officii debere priuatis accedere.

§ 4. Legatus aulicus sit temperans & sobrius, in primis et tempore, quo proponenda erit legatio his summa. Ut Xenocrates Athenium legatus cum incurrire nollet, dicitur, nec quicquam voluisse aut gustare prius, quam legationem suam exposuisset.

§ 5. Licet Honorius & Theodosius Imp: rescriperint alieni regni arcana non scrutanda: tamē legatus reuersus omnia ea narrare debet, quæ ad Remp. videntur spectare. Vid. mores, religionem, & leges gentium, regionum, situm, arces, ciuitates, vestitū Principum, Con-

filiariorū qualitātes, origines, familiās, pōtentiam, opes, ædificiorū formām, &c.

Loyally tractat
56. Aulicus semper sit Principi auctor, ut legatos non etiam adeo gratos, splendide excipiat: magnifice tractet, clementer audiat, liberaliter dimittat, ne quam habeant occasiōnem de inhospitalitate conquirendi.

Cuius est tuus
57. Aulicus consiliarius & legatus semper pluſ timeat de bono exitu, quam speret: ne incuriosius commissa tractet, fiducia felicis exitus: alias curiositatem in omnib. aliis fugiat, auctore Plutarcho. nam si eam validam alendo redidērit, & violētam: is propter consuetudinē deinceps difficulter eā cohībere in iis poterit, quae curare non licet. Ita aulis usque adeo est curiositas grata titillatio, vt inhiberi nullo modo possit.

58. Ut dissensio ducum in bello ad agendos & provectos hostium conatus multū prōdebet: sic etiam consiliariorū disiunctio-nes illis, contra quos consilia dirigere debeant, subueniunt.

Sicut absim
59. Consiliarius prudens aulicus, plus mentis, quam verborū in sermone relinquat, & cum magnis viris studeat esse breuissimus in re sua tractanda.

*Prudentia
Est praeceps
modus ac
Clementia*
60. Consiliarius aulicus cum aliquid mag- ni momenti vult tractare cum Princi- pe, eli-gat commodam occasionem, & initium faciat de re grata & noua. Si enim aliis negotiis sit intentus Princeps, parum grātēante audietur Senator vel aulicus.

61. Multa sub prætextu legationis callide & malitiosè fieri solent: itaque variè insti-
tuendæ sunt, *infinita enim pernitiosa sub legatio-*
nūm specie tractare dicebat Cominæus.

62. Conducit vt legati & consiliarii fue-
rint decepti, qui enim nunquam circumven-
tus est, truncum esse dixeris potius, quam ho-
minem, propterea quod inter prauum & vitio-
sum quid intersit, diiudicare nequeat.

63. In negotiis principi tractandis con-
seruet legatus & consiliarius dignitatem: ve-
rum eam statim amittit, si dixerit, principe non esse plenè resolutum, ex eo enim variè su-
muntur cōiecturæ infirmitatis & impudentiæ.

64. Consiliarius & legatus aulicus benè
viuat, & verum intelligat, quod est sapientiæ:
benè consultet, quod est prudentiæ: benè ve-
lit, quod est justitiæ: & benè agat, quod est per-
severantiæ.

65. Aulicus consiliarius in omni delibe-
ratione, quæ de rebus politicis suscipitur, benè
consideret, unde minora aut maiora absurdæ
sequantur: eamque sententiam pro optima
habeat, ex qua pauciora incommoda oriun-
tur, quæq; proximi usad decalogum accedit.

66. Aulicus Consiliarius sciat nullam ad
evitandos errores commodiorem esse viam,
quæm egregia cogitare, selecta, & paucaloqui
& agere, illaque honesta & licita, Reip. impri-
mis uniuersæ necessaria.

67. Aulici consiliarii reuera miseri, à ser-
bb 3 vorum

vorum & mancipiorum specie parum differunt, qui ex scrinio gynecæi vel aulici concionatoris cerebro & præscripto, consiliū sumere mutuò, vel tanquam promutuum : & ne priuentur officio, subscribere duorum triumque opinionibus, in causa salutis coguntur, ut prima syllaba sub vel suppe salua sit: talis aulicus,

Aut fuit, aut semper postulat esse miser.

Et Theodoricus Afer tales Eceboles trucidari iussit, dicendo: Si Deo fidem non seruasti, quomodo homini sinceram conscientiam seruabis?

68. Aulicus nobilis vel ignobilis, qui non est Consiliarius, qualis esse & in quib. se exercere debeat, h̄ic tractare non est nostri propositi, tales itaque legamus ad elegantem tractatum de Aulico Comitis Castellionei: huic tamen, & nostro communia subjiciemus.

69. Aulicus in maiorum suorum nobilitate ne delicias, ut Agapetus ad Iustin. Imp. scribit, faciat. Cuncti enim primum parentem habent cœnum & limum, quamvis qui in purpura superbiant, quamvis qui paupertate afficiuntur atque morbo: tam qui diadema redimiti sunt, quamvis qui per cubicula excubant. Ne igitur superbè autum jactemus genus lutulentum, sed probitate & integritate morum gloriemur. Ante omnia videat; ne sit ignorans nobilis, ne illi dicatur:

gloriari
Audi Nemesis: sancta vide qualia monstra
 Immanibus ingenii statuere triumphos.
 Jactant otia parta negotiis paternis,
 Ac ignava nobilitate glorianter.

70. Aulici & verè magnanimi laudabili-
ter tamen faciunt, inter angustias fortunæ a-
uitum nobilitatis genus retinentes, vel inter-
ruptum ab obliuione vindicantes.

71. Aulicus videat ne superbia & fastu no-
billiores & alios præclaros viros offendat, in-
uidiamque in se concitet, si ex humili loco ad
id fastigii evexitur, ut nobilissimos antecet;
in primis srunda gratia, vel per malas artes, nō
claris factis. Nam in hac misera vita, ut elegan-
ter & piè Cominæus loquitur, nihil potius du-
camus: quam ut mctuamus diuinum iudici-
um, & studeamus in rebus omnibus equitati;
neque defatigemur iis curis, quales ferè susci-
piuntur à multis nimia quadam ambitione &
cupiditate augescendi.

Erga.

Fortunam referenter habe, quicunque repente
Diues ab exili progrederे loco.

72. Aulici noui homines, qui volunt igno-
bilitatem suam magnis nominibus ficto ge-
nere: non virtute nferere, deridiculosi sunt &
habentur; ut & illi, qui contra tantum fordinum
genus & originem obscuram amant: tan-
tummodo aurum & argentum quærentes, &
tanquam summum bonum exoptantes, ge-
nere in matrimonii contrahendis & aliis, ne-
glecto.

73. Cum omnia quæ nuc vetustissima cre-
duntur, noua fuerint, neq; origine careant, u-
triusq; præmia desideret naturaliter: & difficilis

sit veræ nobilitatis definitio: prudens aulicus generis splendore insigni dono Dei coruscās, aulicum propter nobilitatem recenter adeptam, eaque dignum ne contemnat, cum c-
iusdem sint generis, virtutis conditionem si considerauerimus: sed repetat illud tritum.

Esto, quod es: quod sunt alii, sine quem libet esse.

Quod non es, nolis: quod potes, esse velis.

Lauds
123
Si enim, inquit Apulejus, laudas aliquem quia generosus est, parentem eius laudas: si vero, quia di-
vies, fortuna hoc debetur: si eum laudas, qui bonis mori-
ribus & artibus doctus sit & valde eruditus, in toga-
ta vel armata scientia & militari, quantum homini
licet, runc ipsum virum laudas, non aliena:

74. Ex dignitate & præstantia formæ &
faciei aulici, animum haud degenerem colli-
gere Princeps, & corporis forma præstantem
præferre deiformi debet, ut supra dictum.

75. Aulicus præter & superexperienciam sa-
pietiā & eloquentiā, etiā sit specie inaniū vali-
dus, uti moribus exquisitis, corporis elegan-
tia & proceritate, vestitus splendore, tum o-
mnium rerum magnificentia, quæ congruen-
ter in omnibus, Aristotele docente, instituen-
da: alioquin definit esse magnificentia.

W.
76. Omnis aulicus in aula obseruet, vt
habeat frontem apertam, linguam parcam, &
mentem clausam: & ne sit gestuofus.

Ne gesticulatum loquere, aut caput manusque

Iacta Nimis hec optime dicta devenustant.

Sed nec sic, quasi cum quo a'lio leuis loquare.

Spe-

Species aliorum : tua frons sit apta fronti,

Sed vtrumque modesti dabis, alterna reponens.

77. Si aulicus sub principe periculum & invidiam effugere cupit, à nemine alio sibi officia dignitatisque deferri patiatur, præterquam ab ipso principe.

78. Aulicus non perpetuò ad sit Principi, neque diu nimium ad sit; quorum alterum patrit odium & satietatem, alterum obliuionem.

79. Aulici enim prudentes cum Principe tanquam cum igne agant: à quo non adeò aberunt, vt illius calore foveri non possint; nec sic illi appropinquabunt, vt illius incendio ipsi conflagrent,

80. Ut etiā cum commodo tuo absis, ambiendæ sunt legationes favorabiles, nuptiales & similes, veltantum honorificæ: & hoc pacto aulicus semper novus redit.

81. Innocens inuidiam aulicus æquo animo cautè contemnat, & rectè agendo, & vera dicendo, inuidiam marcescentem rebus alterius opimis, vincat.

Recte invidia est, refugo comparat atelo :

Telum solidi si quid ei se obiicit, inde

Retro resiliat, nec nocet huic, cui minatur :

Quin & redit, & vulnerat ipsum arcitementem.

Itaque.

Aude animo inuidiam contemnere, non nocet illi,

Quem petit: auctori sed nocet illa suo.

Nam.

Sila invidia fosse vna, febre, tuto il mondo morebbe.

82. Aulicus mordaces inuidorum in se serinones lepide & ingeniosè reperiret, nō magna vehemētia refutare debet, Ut puta Hispanos, afferentes, etiam in Hispania fuisse, qui reperiissent Indiam, verecundè Columbus irritis, & respondit nihil : sed ovo afferri in triclinium iusso & mensæ imposito verso ad omnes sermone: Age dum, inquit, domini mei, cum quolibet vestrū deposito in cœnā pignore certο, neminē eorum, qui hic sunt, facturū ova ista, quod ego facturus sum, videlicet, ut nullonixuum adminiculο stans & erectum in pedem suopte nutu maneat periculum fecerunt omnes, neque ulli illorum successit: sed ipse Columbus ovum altero eius fastigio vel angulō mensæ illiso ac leviter quassato, rectū firmumque constituit, significans id jam omnibus factu facile, postquam ipse primus probasset, & Americam invenisset.

83. Invidia communis peccatis aulica: quæ ut nominis connascitur, ita Bald. scribente, inter pares, vel apud inferiores quoque solet oboriri, nullis remediis potest curari, & immuni, quam humanitate & affabilitate,

84. Casum, occasum patiens repeatat consolationis illud Macrobij.

Non possunt primi esse omnes omni tempore.

Summum ad gradum claritatis cum venerie.

Confites agre, & citius quam descendas decides.

Cecidi ego, cadet qui sequitur, laus est publica.

Pra-

Parva enim, inquit Polybius, temporis intervalla, homines in excelso fastigio collocant, & eosdem rursus ad extremam miseriam ac calamitatem redigunt: atque eos maxime, qui in aulis principum vitam agunt. Hi enim similes sunt calculis in publicis, consiliis dari soliti: nam, ut illi modo aenei modo aurci datur: ita aulici pro regis voluntate nunc beati, nunc miseri fiant.

Lubrica namqz via est magnicecidere, cadentqz. M.
Est mihi quisque hodie, crastibi casus erit.

85. Neque semper damnofa aulico talis mutatio, Mantuano teste.

Pluribus excelsa vel opum, vel honoris ab arce, M*eritorum*
Profuit ad modicæ fortis cecidisse quietem

Et hoc paeto vilis mundus redditur iis, qui æternum spectant: præsentis enim vanitatis contemptu imbuti, mundum nonne negligenter?

86. Naufragium semel passus aulicus in aulae pelago, iniuste Neptunum incusat: nam si iterum vult ingredi, non deerit occasio. *nam* *vis temporis omnia soluit.* 123.

87. Qui volunt sub aliquo principe facere magnos progressus, contentur seruitio promptissimos se exhibere, abrupta enim continuaciona, non solum progressus aulici interrupit, sed eos frangit & tollit.

88. Aulicus qui à principe provehi cupit, semper studeat ante illius oculos versari, & ab eo conspicere. Sæpè enim repentina ingruunt negotia,

tia, quæ principes illis committunt, qui prius
ipsorum conspectui offeruntur.

89. Aulicus quis apit, semper futuris & pe-
riculosis tuta & præsentia, dummodò hone-
stè fieri potest, anteponat. Qui enim suis cu-
piditatibus terminum non statuunt, & futura
præsentibus præferunt, pluribus dignitatibus
inhiantes parum plerumque proficiunt, & sa-
piùs repulsam damnosam patiuntur.

90. Aulici rudes, & stolidè feroce, et si
digni vituperio: attamen nullo flagitio con-
taminati, excusatione & venia sunt profe-
quendi.

Sic vivet tibi, sic aliis, ut dicere possis.

Tepacem homini, tevitio indicere bellum.

91. Aulici quamuis morum & affectuum
indicia premant & occultent; erumpunt ta-
mentandem & se produnt.

92. Magnia ulici secessus sæpè instituunt,
quo intentius iram, simulationem & secre-
tos animi motus exerceant, & meditentur, &
in altitudinem se condant: Occasione postea
oblata promunt, quæ in illa solitudine conco-
ixerunt: quod omnibus politicis & militibus
commune est, nec semper bene succedit.

93. Nihil miserius excogitari ferè potest,
quam aulicos stultæ fœminæ seruire. Fugiant
itaque aulici fœminarum imperium, in pri-
mis imprudentum.

94. Aulicus quicunque magnum aliquod
facinus aggreditur, antequam illud divul-
getur,

Famulus
1621
1621

getur, omnia ad id necessaria præparata ha-
beat, ut suprà.

95. Inter offensiones aulicas, & benefi-
cia hoc interest: quod simul & semelillas ex-
pedire, & prouinavice conuenit, ne nimium
irritentur animi hominum, ex earum itera-
tione. Beneficia verò sensim & sèpiùs sunt
conferenda, & in plures vices compartienda,
quo homines magis ea percipere quæstu &
delectatione cum amore erga conferentem
possint.

96. Aulicō in mutatione regnorum & re-
cepto nouo principe, obest plurimum nimia
tristitia & nimia lætitia. Expedit ergò vultu
composito esse, & dum salva fide & decore
possis, appositi lachrymas, gaudium, quæ-
stus & obsequia misere: Vidimus exempla
ante annos paucos.

97. Aulicus statuāt melius esse habere quā
expectare feendum: & secundum Accursium:
Melius ynum tene, tene, quām centum cape, cape.
Potius igitur sumat pecuniam paratam hone-
stamente, & repente, quām expectantiam, vt
vulgo loquuntur, lente.

98. Aulicus semper famæ dare debet, q
ad munus acceptandum, vocatus electusque
aecesserit.

99. Aulice, licet cum intimis agas de
Principe tuo, vel ipsius administratione, sem-
per dirige verba in sensum talem, qui non
possit in peius detorqueri.

Muneribus
100. Multi aulici fastus & pompæ gratia
tantum multis munera impertinentur, quos se-
creto habent inimicos. Muneribus itaque ne
fidas.

101. Aulici qui reliquias dignitate supé-
rant, novi principi prius, successiue, qui se-
quuntur, juramentum præstare debent.

102. Prudentis & cordati est senatoris auli-
cī, in iis quæ ad Rem publicam pertinet, nōni
vti cōsilio nisifubo, vel cū periculo offensionis.

103. Experientia cognitum est, ob nimium
studium provehendiamicos, ad dignitates &
officia, quosdam aulicos, res proprias turbasse
& evertisse. Fugiant itaque tales promotiones.

104. Bonus vir aulicus semper exilium vo-
luntarium libentius voluit suscipere, quam
quicquam contra mortui Principis ordina-
tionem, ante yoto comprobata, agere.

105. Cūm amuli tui aut sōcordia sene-
scunt, aut perlibidines pessundantur: tunc au-
lice, optima tibi affertur occasio, res tuas pro-
vehendi, & illis citra proximi incommodum
resistendi.

106. In aulicis ad iniusta facinora exequē-
da, semper obtentui sumuntur iustæ causæ: vt
hoc colore alij populi & tua facta compre-
bent, & an laesa sit Respub. non solent argu-
mentis probare, sed manifesta statim damna
extare Reipub. dicere.

107. Ab una ad alteram naturam absque
requisitis mediis descendere, inutile & pericu-
losum est aulico.

108. Im-

108. Improbi aulici suggestunt Principi-
bus, ut hostes, quos alia ratione tollere nō pos-
sunt, nuptiis propinquorum malicia hant; & sic
subdola affinitate evertant.

109. Artificiosa species exprobrandi vicia
alicui est in aulis, cūm, quasi cum excusēs, lo-
queris, quem corrigis.

110. Quantò plus aulicus nititur in ser-
mone ut sensus penitus abdat, tantò magis in-
certum & ambiguum implicatur.

111. Quando prudens aulicus cogitoscit
se in offensionem Principis inaduertenter in-
cidisse, nil moretur eum quoquo modo lenire:
reconduit enim altè offensas Principes, quas
suō tempore multo gravius expromunt.

112. Iræ implicabilis aulicæ est, vt verba
omittat, tempus & occasionem grauiter la-
dendi expectet.

113. Preces Principis affinium, vxoris, ma-
tris, sororis, filiæ, & earum personarum, quæ
in magnō pretio sunt, plurimum efficacæ a
pudicium semper habent: ideo prudens auli-
cus, earum patrocinium & gratiam honestis
meritis querat.

114. Si negotiò tuo & causæ consociare
aliquem velis aulice, id nulla ratione melius
assequi poteris, quam illi tecum communè pe-
riculum ostendendo.

115. Aulicis sub obtentu cōsulendi Prin-
cipem possunt frustrari illos quibus cūnagūt.

116. Aulicus qui sibi odium & invidiam
haberi

haberī videt, propter favorem Principis, cā
veat æmulos odia enim erunt acriora.

117. Simultates inter aulicos exortæ, bene
sunt obseruandæ ne dum vni parti, adhæres,
offendas alteram, vt suprà.

118. Non multa vno tempore sunt peten-
da, ne Princeps ea concedere grauetur aulico.

119. Cum lex sit historiæ, vt veritas ante
oculos habeatur, gratia atque odiis posthabiti-
tis, melius est historicum & politicum auli-
cum, si non fert ratio temporuin, ab historia
scribenda abstinere, quām eam turpiter me-
tiendo & adulando, quod plerosque facti fa-
se Flavius Vopiscus scripsit, maculare. Re-
publ. enim interest, ne quid omnino, nisi q
sit compertum & exploratum, in lucem exeat,
& cadavere viuunt animal vendatur?

120. Aulicus parum fidei tribuat, pleris-
que concionibus funebribus, quas passim di-
vulgant, cum nūgis Frāncen / Eisingeri/
Gallobelgici / & similiū, quibus viventibus
turpiter imponunt, & posteritatem fœdè de-
cipient: raro etiā fit, vt non plūs affectioni &
nummis, quām veritati tribuant: & citius
corniculas in Africa, quām aliquid solidæ
veritatis in iis reperies. Puniantur æquè omnes
publica imperii Constitutione.

121. Arshæc est aliorum, qui maximè a-
liquid cupiunt vt speciem réculantium indu-
ant, quo enixiūs rogentur, id suscipere, quod
flagrantissimè cupiunt, aulico more.

122. Nun-

122. Nunquam successor in officio aulico intermitat solita munia, nam eo non obseruato, serui & subditi lasciuiunt, & politicus contemnitur in aula.

123. Initia omnium principatum gratiarum sunt plena: & qui nondum confirmatus est in folio, omnium animos demererit solet, nihil alicui negando, quod in aulis malitiosè obseruant familiari rei augendæ operam dantes improbi aulici.

124. Imperiti sunt, qui improbant in Politico aulico & milite eloquentiam. Omnes enim verè politicos & milites in memoria repetamus: inveniemus præcipuos fuisse eloquentissimos. Abiiciant ergo Aulici falsam hac de re opinionem, & quanta sit vis eloquentiæ, considerent.

125. In aulis sèpè quod preces non possunt in lite componenda, minæ operantur in principum ministris.

126. Populi & multitudinis furor nemini, quamvis illustri & claro aulico, parcit: & sèpius in eos qui auctoritate pollent accenditur: Cede itaque furori.

127. Ad magna facitora perpetranda nùquam non tenebræ noctis diliguntur ab aulicis & militibus.

128. Aulici ad sedandos tumultus aptissimi sunt illi, qui bonis artibus grati in vulgus sunt, qui quidem semper rari: diligenter itaq; ex aulicis eligendi.

129. Aulicus qui vult compescere seditionem, is quam celeriter tollat è medio capita eius: & quidem prompto ingenio ad asperiora.

130. Aulicus qui populi studium & favorem possidere desiderat, is ante omnia ingenium ciuile, & comitatem præ se ferrè debet.

131. Muliebres dissensiones sæpè maritos inter se proximos accendunt & alienant. Negligat itaque aulicus muliebres altercationes.

132. Rare euenit, ut clarissimis parentibus geniti, magnos spiritus quasi hæreditariè non gerant, ac retineant aulici.

133. Aulici boni nouerunt, & usus contra Machianellum ostendit, priuatis subditorum discordias, nisi continua principis vigilantia extinguantur, ipsi & Recip. exitium parere.

134. Hand dubiè quandò sunt res commotæ, potior habetur is, qui audacia est magis promptus in aula.

Crescit vegetum cor simul atque difficultas.

135. Cum tria sint vincula, quæ homines à malefaciendo deterreant. Religio, pudor & pœna: ultimum quod legibus imponitur, firmius est, cæteris duobus, in primis in aula:

136. Circumspectè laboret aulicus, ut peritiæ morum principis, cui inscruit, adquirat: & princeps talem obseruet, eique ne fidat omnia acta principis probanti.

137. In aula cuius facta discordant verbis, ei nunquam fidat iuranti: quod enim loquitur, id semper sapiens debet agere, inquit Seneca. Verum enim illud:

Quæ non facias dñe te, id est, quod es, nec esse.
Nec qua facias dicere, fortis aut modesti est.

138. Coercenti sunt aulici; et si concionatores sint, qui viros & foeminas procacibus scriptis & verbis ignominiosis diffamant.

139. Viriliter agit ille, qui omnibus in fœdum seruitium, & deformem pestilentemque adulacionem, meretricem aulicam lapsis, virtute & constantia solus aduersatur, iniquo aulicotum iudicio, & peruersæ opinioni.

140. Quæ cum aliqua perturbatione in aulis fiunt, ea necc constanter fieri possunt, nec iis qui adsunt probari prudentibus;

141. Quem tibi vis fidum esse aulicum, ei ut sis fidus stude, nam falsò queritur se deceptum, qui prius alium decepit.

141. Aulici prauis, qui æmulum ambovere cupiunt, eum sub specie honoris bene à doctrina, iudicio & virtute commendatum aliò amandant, ubi res sunt perturbatae.

143. In aula res magni momenti quas Principes exponere nō possumus, eas per illos principes monstrare debemus, quibus cuin illo maior est conuersatio.

144. Ut aula est res vetustissima, sic vetus malum aulæ & Reipub. inesse recte Tacitus dicebat adulacionem, perpetuum malum (Q. Curtio auctore) principum, quorū opes sāpius assentatio quam hostis evertit: & abundans omnibus rebus in aula, excepta veritate. Quid Nero-nem, castissimè educatum, crudelein fecit?

adulatio. Quid Cesarcem contra patriam rebelare fecit? adulatio. Quid Rehobaam Tyranum fecit; adulatio. In aula igitur unus Clytius preferendus sexcentis Aristippis,

145. Adulatio in aulis, et si multa procreat commoda tamen semper est fœdissima & inimicissima existimationi, & tractu temporis infamiam affert. Vitent itaque bestiam istam ipsi viri boni qui sunt in aulis.

146. Aulicus qui sperat se brevi aliquā dignitate in adepturum, cauere à superbię ostentatione: immò humilius se gerere debet: sic enim & illius à quo dignitatē expectat, gratiam cōseruabit, & communem aularū pestem, invidiam effugiet. Qui considerat secum, quām omnis dignitas vana & instabilis, is nil tumebit.

147. Aulicus quando quid à Principe consequi studet, id ita potest, ut unius ipsius principis neq; cuiusdam gratia & beneficium consecutum se fuisse appareat & illi soli acceptum id referat.

148. Qui iri petendis pecuniis raro sibi ipsi sciunt imponere modum, aulici ab aula, tanquam avari & puras manus non habentes, removeantur.

Atrum lapide, ast homines iudicantur auro.

Atrum ignis coquit, exprimit, efficitque purum.

Auro coquitur, soluitur, impurus homo fit.

In auro enim simul concurrunt cordis durtia, inquietudo mētis, violentia, fallacia, perjurium, fraus & proditio, Rei familiari operam dare

dare honestum est, sed turpiter id faciunt plerique aulici, qui neque certos fines ponunt: & cum iniuria aliorum fortunas querunt & amplificant, & in ipsam patriam, principem & amicissimos iniurii sunt.

149. Licet Ludouicus IX. Rex Galliae in eitu coactus, suo medico optimum menstruum stipendium, videlicet decem aureorum millia dederit: tamen nunquam in animum inducat sibiaulicus, quod velit extorquere aliquid à Principe, ac velut perfringere erariū, siue det, siue neget petita, equo animo utrumq; ferat. Est enim prouerbium tritum,


In splendidissimis etiam epulis existere semper aliquos; qui in ius benè tractentur.

Idem usquevenit in aula, dum alii quod volunt, adipiscuntur: alii spe & expectatione decidunt;

150. Manibus & pedibus, ut dicitur, labores aulicis, ne videatur principi ignavus, & nullius ponderis: tale in namque tanquam onerosum auertabitur. Sint itaque utiles aulici, non tineae & torices palatii.

151. Fallaces & versuti aulici quando rem aliquā disseminari cupiunt; per secreti socios eam primum occultis sermonibus crebrescere current: deinde vago rumore apud imperitis simi cuiusque aures, & rursus apud turpidos & noua cupientes, mox ipsi autores prodeant, & extremam imponant manū. Quod ex Tacito sepius, & nouissime feliciter practicatum scimus.

152. Prudentia aulicæ & politices cognitio



adquiritur varia lectione, continua actione,
insigni experientia, longa ætate, peregrinatio-
ne, multorum populorum, aularum & Re-
rumpub. contemplatione.

WII
153. Prudens aulicus semper sit in occa-
sionem paratus, sine ea enim virtus languescit
& jacet.

154. Aulicus operam dabit, ut omnes prin-
cipes aliquo officio colat, dummodo non sint
inimici illius, cuinecessariò inseruit, alioquin
illis inquisus redditur; &, si non omnibus potest
obsequium prestare, saltem illos non contem-
nat, & talem euitet suspicionem: in tot enim
humanis mutationib. potestis, qui hodie re-
rum potitur, extingui, & aliis, de quo non co-
gitaris, succedere.

155. Aulicus apprimè obsequio susesse de-
bet: eo enim ipso gratiam hominum colligit,
& collectā retinet, Rectè enim Tacitus inquit.

ab aqua
Quād quisque promptior obsequio: tantò cer-
tius honoribus & opibus extolleatur.

156. Aulicus Politicus Reip. salutem anteponere debet omnib. priuatis commodis, af-
fectib^o, injuriis, adeò ut priuata nihil aestimet.

157. Quilibet prudens aulicus discat, ut
loquitur Annibal Scotus, crassum bibere: perfe-
rat acerba omnia, quoisque ad finem suum
perveniat: patienter & rectauia ad dignitatem
expeditam ascendat: iram & affectus corrigat,
in primis in actionibus, & multò rectius est ut
agat, quod agit, ubi animus defebuerit: Ga-
leno authore, nec furor ille brutus ipsum oc-
cupet:

cupet: tūn inueniet quod cum ratiocinatione pugnat.

158. Quicunque vult eminere aulicus in aliqua re, proponat sibi ad imitandum aliquē ex perfectissimis aulicis, cuius mores arte m̄q; ambiat, & multum efficiet breui tempore,

159. Etsi sumendi vltionem occasio optimā sit in aulis de inimico, cum eius res sint dubiae: tamen vir bonus & magnanimus nunquam hoc committere debet. Fœdum spectaculum est homo: qui quid per vindictam & iram indecorē, seque indignum gerit.

Magnanimo nihil nocet.

Ne ulciscere damnum, imò satis sit potuisse.

Ignoscere vindicta viro maxima fortia est.

160. Cum àdebiore latere filium ruinatur, validiores in aulis nunquam sunt irritandi, non enim hodie vel heri hoc fieri incipit, quid Thucid. sed semper accidit, ut inferior potentiori subjaceat.

161. Detestandi sunt malitiosi aulici, & è medio tollēdi, qui virum bonum, clarum, innocentem, non conuictum, imò ne quidem legitimè accusatum, interficiunt, evertunt, vel in carcерem coniiciunt, & postea sceleris & proditionis eundem incusant.

162. *Ah infītia tormina, vñ foro bilingius,*

Vltoris ubi flammea fulgetra Tonantis?

163. Aulici illi qui Rempub. turbari, boñose jicere, & suminam rerū tenere cupiunt, socios sibie os adjungunt, qui ante honorum quidi, crescere in Rep. non potuerunt.

164. Cautus aulicus semper se grauem in credendo & sperando præstet, nec omnia pro veris, nec omnia pro falsis habeat : sed aliud minus credit rerum illarum, que promittuntur in aula.

165. In aula res malè se habet, quando est licentia deterrima cuique excitandi impunè probra, calumnias & mendacia, inuidiamque in mortuum magistratum, & relictos vivos ministros,

166. In negotiis principum aulicum oportet insister in inceptis & destinatis. Parum enim est res magnas rectè aggredi, nisi obstinate ad finem usque eas prosequamur.

Nec temere incipio, nec citè desisto,

Multa enim, Liuio monente, sicut non aggredienda, ita scimel aggressis non dimittenda, Breuissimi enim temporis inconstantia totius persæpè vitæ fidem auferre, dicebat Libauius Sophista.

167. Præclarè actum est cum aulico, si patitur propter exactam obseruationem constitutionū præmortui principis, & propter fideli confessionē, potest enim cū Davide canere

Vera facit, ut loquar, & pia dogmata spargam.

Hinc premor, & plagas probraque multa fero.

Quid enim inquit M. Tullius laudabilius, quam memoria recte factorum & libertate cōtemptum negligere humana: Si secuta fuerit quæ debet fortuna, gaudebimus: si minus, ego tamen gaudebo quamvis qui fuerim, & qui esse potuerim, esse non possim,

168. Et contemptus inde ortus , est contemnendus ad recta vadenti.

169. Operam dabit aulicus , ne , dum alios in obsequio vincere studet , in adulatio nem turpiter prolabatur .

170. Gradu dignitatis dejecti fortius agunt , modò res familiaris patitur , vt in ocio privato degant , quam ut minores honores prioribus assumapt , vel principis inferioris aulam adeant , nisi talis potentiorem prudenter & auctoritate superet .

171. Prudens aulicus concordiam & amicitiam inter principem , fratres , sorores , principis generare potius studeat , quam dissensiones excitare .

172. Aulicus verus in honesta in principis gratiam quocunque velo vestita , nec expeditat , ne maiorum laudem & propriam dehonestet . Errarunt enim valde , qui spe lucri , honorum , vindictæ , cupiditate , subdolis & proditoriis artibus emergere & crescere voluerunt , & tandem proditione peracta , dignam mercedem perfidiæ & proditionis tales accepisse , infinitæ historiæ docent .

173. Aulicorum improborum arsest , aliud prætendendo potentiam sibi comparare , & res suas augere , omnes studiosè sibi conciliare ; senatorum maximam partem ambitu sibi adquirere gynæcum corrumpere ad perscrutanda arcana : in quibus & similibus quæ proficeri non debent , præceptore vtuntur Seiano . Removcantur in tempore tales .

174. Aulicum improbum describit Tassitus:

Corpus aulico sit laborum tolerans, animus quidax, sui obregens, in alios crimina or, iuxta adulatio & superbia: palam compositus pudor, intus summa adipiscendi libido, eiusque causa, modis largitio & luxus, sepius industria ac vigilancia haud nimis noxiae quoties parando regno finguntur.

175. Bene in aulis obseruenturaulici Medicis: plerumque enim male conscientiam sumunt Medicum, ut Seianus Endemium amicum ac Medicum Liviae, specie artis, frequentem secretis,

176. Primas aulice, dominandi spes ubi sis ingressus, adsunt tibi studia & ministri.

177. Vulgo jaestata cum magna impudenter & insanias, super id, quod nullo certo auctore firmatur de viris principibus: prompte ab aulico sunt refutada: ut multi delevissent, falsum, vanum & incredibilem rumorem de optimo quodam principe sparsum.

178. Aulicus tegat spem & favoris exordium quo princeps eum amplectitur, alioquin perniciem, vel ad minus remorā accelerabit.

179. Aulicus, quem recentia & vetera odia premunt, impossibile est, quod tandem non evertatur. Qui itaque sapit, videat ut constata extinguat.

180. Aulicus qui aliquem insimulavit criminis, quod respicit personam Principis vel Reipub. debet cogi ad accusationem peragendam.

181. Aulicus convictus, quod pecuniam
ob rem judicandam vel expediendam accep-
rit, removeatur, nec in aulis principum præ-
potentes sint venales, & ne, dum prospere fru-
untur gratia principis, male abutantur.

182. Aulicus perfectè perdiscat naturam &
ingenium Principis, & quibus modis tempe-
ranter se habeat.

183. Licet quisque in Repub. tantum po-
stulerit, quantum habet virium non ratio, non
modus, non lex, non mos, non officium vale-
at, non iudicium, non existimatio civium, no
posteritatis verecundia tamen aulicus eorum
socordia irridere debet, qui præsenti potètia
credunt extingui posse sequentis ævi memoria.

184. Temporis iniuria quandoq; contin-
git, ut sit claimandum aulico cum aliis.

O de nens, qui de terris Astraere quiris
Aurea: tolle mi: ser vilesus ad sidera celi.
Astram celi positam inter sidera cernes:
Non terris quaerendo latez.

Verum cum omnia vertantur, multi post
multos annos sentient justitiae fructum, & in-
justitiae poenas. Patere itaque & vinces. Nam
qui in adversa fortuna tempus trahere potest,
& ex varietate nunciorum & rerum conari, aut
properare, is procul dubio se meliori temporis
reservabit.

185. Aulici caveant nesciendum receptā
opinionem hominum cum Atheniensibus de-

articulis fidei statuant, quandoque falsum zelum, & absque scientia præcedentes.

Sapè scelus cælum zeli velamine texit :

Cui zelus cælum est, non facit ille scelus.

186. Vulgo aulicus raro vel nunquam adhæreat. Est enim monstrum terræ : Sunt sua monstra solo, sunt sua monstra solo. Et plerunque cum consiliis perierunt, vulgi, & populi partes defendantes, exemplo Grachorum & Sp. Melij.

Proh ! vulgus, pelagus indeclinabile virus.

Rccetè & sapienter Scaliger.

Qui pendet ab errore & opinione vulgi,

Pendet magis, atque arbore qui pendet ab alta.

Non quod semele evenit & abiit, id nocet nil.

At quod dubiis articulis stat, instat, vrget.

Vanescit, adest : esse malum id putabo solum.

187. Quod Plautus denotat, per Epistolam scilicet aut per nuncium quasi regem adiureum ajunt : id maximè prudenti aulico observandum. Debet enim Epistola etiam præsentem adire, id est, ex dignitate principis & utilitate aulici.

188. Aulicus nihil remittat studij, vt in cursu vitæ aulicæ avertat principis de se suspiciones, rumores vulgi & invidiam.

189. Aulici ne gratiam collectam effundant, solent principem suum ad vitam procul à civitatis amoenis locis degendam impellere, vt in manu habeant aditus, & arbitri sint literarum

tārum sive libellorum supplicum, & vitent, ademta salutantium turbā, invidiam.

190. Autoritas aulici valde augetur, si illa, quorum alioquin nulla extant documēta, novit probare ex annalium memoria, historia, vatumque carminibus.

191. Aulicus initium bonę voluntatis & gratiæ amittit, si inopportuna hora principem adit.

192. Aulico non circumspēcto sēpē solet esse causa eversionis, si delegerit cultum principi exosum.

193. Nulla est major occasio adquirendæ gratiæ principis, quām si aulicus ostenderit re ipsa, propria vita sibi principem fuisse chariorē, & ut vivat princeps, ipse maluerit mori.

194. Improbi aulici qui aliquem evertēre audent, scelestā via & calidissima vti solent: subdunt aliquem, qui miserum accuset, atq; illi interū partes judicis assūmunt, quasi mera æquitate & iure non affectibus impulsū judicaturi sint: à tali judge libera nos Domine.

195. Maturè & sensim eundo aulicus promotiones speret, nec nimium properet.

196. Aulicus etiamsi habuerit causam de principe conquerendi, caveat tamen à vocibus contumacibus & consultis. Nam

*Reverenter habe, quos superi dant superiores:
In se spuit, is qui spuit adversus Olympum.*

Scaliger.

197. Callidi & scelesti aulici etiam in bello: quos

197; quos colunt extrinsecus, solumna futuri exti-
tii meditantur; & quando ad finem ope ami-
corum pervene ruerunt, quem sibi proposuerunt,
proiiciunt.

*200. Avaritia & superbia plerunque vali-
dorum aulicorum vitia.*

199. Aulicini adolescentes principis ingenium;
& qui illico continuo adsunt, quicquid cupiunt;
obtinent, modo ne abutantur.

200. Aulicus totus a se, & virtute sua pen-
dere debet, & gratoso sapud principem cole-
re, sed non penitus cum illis res suas conferrere
& consociare;

201. Aulicini non debent secreta aliorum ri-
mari, ne dicantur curiosi & audaces, ut supra:
Sycophantaru enim ratio; autore Plutarchos
est de tribu & familia curiosorum. Nam & curiosi
aliorum infelicitatem in luctem proferunt.

202. Erecto a principe ad opes immenses,
& honores insignes, obsequium & honorem
tribuere debeamus, neque illum contemnere tam
quam novum hominem, ita dignum & indo-
ctum, ne incurramus in odium Principis: si in-
dignum talem fuisse exitus probavit, dicamus
cuius apud Tacitum, tuorum consiliorum so-
ciuum; tua officia in Repub capessent & coleba-
tur. Bonius tamen vir & consiliarius auctor sit
Principi absque metu, ut bonos & exercitatos
muleribus praeponat.

203. Antiochus ille, qui bis exerceitum du-
xit adversus Persas, in venatu feram sequens;
in casa pauperum didicit:

Reges & Principes raro verum audire.

Nam studio est pravis aulicis, ne quid au-
diant nisi blandum auribus, ut supra.

204. Sinceri homines et si simulare nesci-
unt: tamen in aula degentes, falsa fictaque do-
gmata simulationum, & multa mala, alioquin
inerimes & innoxij in sinu aulicorum discunt
etiam invitit: cum, praceptorib[us] Tiberio, ipsi
Principes dissimulationem diligent, tisq[ue] sae-
piissime vtendunt. Vsus simulationibus etiam
David Rex & Propheta, & Ludouicus XI.
Rex Galliae, filium Carolum sciri Latine vetu-
it, præter illud:

Qui nescit dissimulare, nescit imperare.

Sed tu cum Philosopho:

Nec dissimula, nec simula: hoc malu[m] relinque. simula
Aiunt, simulanti simulo: ast ego contra. dissimula

Nunquam simula: nec malu temalum esse cogunt. malu

205. Si aulicus magnitudinem quaestuum
& aurifamem spectauerit, nunquam fidei
integrali & pura manus habebit sinceramq[ue]
mentem.

206. Aulicus qui salua & pura conscientia
& falvo existimationis honore secundum te-
porum conditiones, varios mores potest in-
ducere, & illis cum iudicio vti, prosperum ha-
bebit successum.

207. Aulicus cum exteris negotiis vix ter-
minabit feliciter, nisi mores patrios co in loco
assumserit, quam diu ibi vivit.

208. Aulicis ex se natu, hoc est, qui propriæ
indu-

In:

industria ad dignitates ex scholis puerorum vel simili officina pervenerunt, sunt adversus superiores tristi adulazione, arrogantes minoribus, & inter pares difficiles deprehenduntur & pertinaces.

209. Aulicus prudens animum Principis erga se mutatum, & crescere invidos agnoscit, discedendi ex aula honestam dimissiō nem mature petere potest, honoribus quecedere, quām expectare, donec eiiciatur.

210. Polybius sapienter dicit, in aula Principum non tantum vituperando, sed etiam laudando sēpē fieri bonis calumniam: & eius tantum virus est, ut afflatus suo statim inficiat & exanimet multos, cum sit, Luciano deficiente, accusatio eius, qui in judicio non cōparet, quique de illa non cognoverit, ut ab accusatore solo allata fuit: ita accepta & credita, omnifacultate respondendi ademta reo.

Calumniæ

211. Nihil in aula principum periculosius est magnatibus & proceribus quam calumniatores bonorum: cum verò calumniæ assistat, teste Luciano, ignorantia, suspicio, livor, insidiaz, fraus, Principes sapiant, & sint circumspecti, ne viri boni & optimè de Repub. meriti ab illa vafra bellua lanientur.

Niprius audieris ambos, necernito litem.

212. Ambitus suis aulicus proculdubio est censendus, qui prætextu Regiæ dignitatis amplificandæ, omnia pro animilibidine administrat, veteres officiarios etiam probatos absque

absque ratione mutat, alios in eorum locum substituit.

213. Aulici in quorum potestate est princeps, & ex quotum voluntate gerit omnia, quamdiu boni sunt, neque immoderata affectant, bonis consiliis & salutaribus Reip. innotescere possunt.

214. Aulici matrimonia oblata à Principe non prudenter recusent, immo semper Principis consensu contahant. n/3

215. Aulicus vacutis emulatione reliquis in consiliis & actionibus preferendus est, plusque ipsius sententiæ tribuendum; quam reliquorum, quorum affectus sepius a recta ratione deflectit.

216. Aulicus fugiat dignitates, ad quas siue sceleste perueniri non potest: non enim sunt felices & diuturnæ.

217. Vitellius aulicus, quo gratiam Agrippe pararet, consiliis ejus se implicauit. Quod obseruent aulici studiose, & fugiant.

218. Improbi aulici quacunque arte & pacto possunt, student, ne Principis defuncti liberi, quem læserunt & contumeliis affecerunt, ducatum absque difficultate adipiscantur: cum ultiō ex filiis sit timenda. Remouentur tales ex aulis.

219. Quod politicus aulicus aggreditur siue pacis, siue belli tempore, cultu vultuque quam maxime ad rem expediendam accommodato aggrediatur,

120. Didius senectute grauis, & multa copia honorum, per ministros agere & carcere hostem satis habebat. Quod notaendum, nee egregii Duces, Aulici, Politici, Iurisconsulti existimatione in ultorum annorum cursu adquisitam, amittant momento unico.

121. Incertae sunt res Potentium: igitur aulicus propriæ virtuti, non aliis fidat.

122. Erat Cappadociae procurator. Julius Pelignus, ignavia animi, & deridiculo corporis, iuxta despiciendus, sed Claudio per quam familiaris, cum priuatus olim conversatione scurrarum iners otium oblectaret, Noliitaq; mirari inceptissimos quādoq; in aula fieri magnos.

123. Tales si gratia & potentia Principum fruuntur, cuncta malefacta sibi impunè licere existimant.

124. Agrippina Statiliu[m] Taurum opib; illustrem pervertebat. Caute igitur locupletes aulici vel subditi cum principibus versentur, ne cogantur dicere:

Villa mea me prodidit.
125. Dominationis cupidia aulici, cuncta regno, decus, pudorem, veritatem, corpus & animam viliora habent. Tales non patiatur aula.

126. Xenophontis Medici exemplo & sce-
leratu[m] Imperatoris Bajazetis Medici edocti,
colligamus magha facinora ope Medicorum in
aulis peragi. Itaq; nō nisi pii vocetur, ut supra.

127. Aulicus ne agat id inscio Principe, ex
quo insidia in principem queat redundare.

128.

NB

228. Aulicus ne eum lœdat cuius fratres & propinqui ultores sunt inetiendi ; scribit in marmore, non in pulucre lœdehis.

229. Prudentes & boni aulici in pari potestate societate concordes esse possunt.

230. Aulicus res quas aggreditur exactissime cogitare & ruminare debet, ut bonum exitum mediis aptis adhibitis fortiantur.

231. Aulicorum consilia cum sint, Guicciardino teste, venalia, curet princeps, ut in aula nihil venale, ambitioni, aut corruptionibus peruium sit.

232. Aulicus ne ex eos spiritus sumat quod beneficio principis honores & opes cumulate accepit : quia sepe interno affectu Princeps eum odit, cui multa confert.

233. Aule magistri & Principum juvenum Praeceptores conniuere debet ad aliqua in illa ætate, quæ cū nullius iniurjafunt, vt in cæteris rebus maioris momenti, illos regere queant.

234. Semper relinquitur limen illius aulicæ, qui in Principis odium incidit : infortunatus aulicustales obseruet, & in priorem statum positus talibus ne fidat.

235. Patriæ necessitas, amplitudo nominis, & opum cōpia exigit, ut aulicusequos alat : & quo quis est generosior, eo libentius in generosum animal, docile ad pugnam, & idoneum ad defensionem corporis sumtus facit.

236. Aulico futuro in primis peregrinationes necessariae sunt : vt militi futuro, ut alie-

nisi moribus perfectis, cautiones efficiantur v-
su rerum, & linguarum cognitione instruan-
tur, & speculum mortalium teneant, in quo,
qualis sit hæc vita, in via ad aliam cernitur.

237. Prudens aulicus nunquam exuat pri-
stimum obsequium, cuius gratia locum tenet,
ne sua negligentia aliis & nouis aperiat viam.

238. Prudentis aulici est inimici consilia
in contrarium vertere, & media quibus uti-
tur, occupare.

239. Quainuis inimicorum astus in aulis
intelligamus: tamen non semper conducit i-
psum aperire, sed inclius ad tempus aliquod
dissimulare.

240. Aulici indigna & muliebris est de-
fensio ministri, in primis in causa religionis,
qua culpam in Principiis iussioniēm rejicit, vt e-
nī ex aula expectat, more nonnullorū Pro-
fessorum in Academia menstruam fidem ha-
bentium quid dcbeat credere: ita nil constan-
ter & sincerè aget in reliquis omnibus.

241. Aulicus fugiat amores. Fatua enim iis
perditur, pecunia exhaustur, salus fœminę ar-
bitrio committitur, & vigoringenii amittitur.

Vbi sum, ibi non sum: ubi non sum, ibi est animus.
inquit, Plautus, cum amantis anima sit in re a-
mata. In summa inquit Petrach.

Sì com, e in constante, vaga.

Timida, ardita vita degli amanti:

Ch' un poce dolce molto amare appage,

E' l brevissimo riso et junghipanti.

242. Aulicus à seruorum familiaritate, filios abducat, nihil enim ex contubernio serui, nisi abjectum & sordidum oritur.

243. Arsest detestanda multorum aulicorum, qui aliter crescere non possunt, ut ad potentiam principum adipiscendam laudent sororum vel vxorum formam & elegantiam, ut principem accendant, & hoc modo sibi devinciant,

244. Principem aulicus longe fugiat, qui malam suspicionem concepit, & omnia dicta & facta in deterius accipit,

245. In aula ratio quæstuum & erogationum inter se probe congruere debent,

Si anni videoas circuitum explorare volati

Summas rationes, tabulas diariorum;

Et paria simul confierit: quare vicissim

Sumptum potes admittore, praestaret aman. si

In subsidiis est aliquid tibi repostum.

246. Qui apud principem urget & prepollet, omnium aulicorum, si potest fieri, animus & benevolentiam sibi comparet, ne tempore gratiae effusæ, habeat mutuis odiiis sibi inuisum

247. Aulico forti & strenuo, terra potest, in qua viuat, non ita qua præclarè moriatur deesse.

Vn belle morit, tutta vita honora.

248. Ad subleuandū metum, eius quimale detinenda aula suspiciatur, arsest bona, Cornelio teste: blandimenta, illecebrę & honoris oblatio. Qui vincere aduersarium ex tuto cupit, beneficis & gratia certet bona.

249. In aula magna & factionum plena potētis aulici amici, mors infringit socii autoritatem, prēfertim si bonis artib. ambo fuerint prædicti & princeps ad deteriora inclinet.

250. Aulici omnes aut natura sunt facti, aut ita edocti & exercitati, ut velent odiū fallacibus blandimentis, & porrigant obuiam cunctibus sine corde manus.

251. Seneca interrogatus, qua ratione ad extremam ætatem in aula vivēdo peruenisset: respondisse fertur: Iniurias accipiendo, & gratias agendo. Hoc discat aulicus, vel aulam tēpestivè relinquat.

252. Causa cur multi aulici nullos progressus faciant: in eo consistit, quod specte diversas spes, & nulli firmiter adhærent patrono.

253. Prudens aulicus nunquam voluptibus principis, si modo honeste sint, adveretur, nam à gratia excidet, & frustra se opponet.

254. Aulicus non tam verbis, quam silencio querere debet.

255. In aulis infrequens non est: at non semper tutum: ut aulici secretis criminacionibus incusent, nam sēpe validius ab incusato aliis criminibus accusantes repelluntur.

256. Peccamus aulici plura, dum demur, quam dum offendimus.

257. Semper Vatinus in aula inuenitur corpore detorto, facetiis scurrilibus, primò in cōtumelias assumptus, deinde optimi cuiusq; crimi-

criminationem, ut gratia, pecunia & vin-
cendi pessimos superet.

258. Arsest improborum aulicorum, qui
Principis gratiam colligere student, inquirant
studiose, quibus sit princeps infensus, eosque
postea apud ipsum, variis criminationibus ac-
cusent: vti Senecæ accidit.

259. In aula si princeps duos pluresve suspe-
ctos habeat, tum debent illi, exemplo Senecæ,
mutuos sermones & colloquia crebra inter-
mittere.

260. Aulicus studeat facetiis, ouis more,
non apri: nec, dicūt Itali, ludas in eo, quod da-
let: nec dicteria, de vero proferas. Asperæ e-
nim facetiæ & quæ multum ex vero traxere
acrem sui memoriam relinquunt.

E' s'hernisce il Zoppo dee essere diritto.

Te respice: quid quoties obiicis cuiquam.

Irrisio regerit ed se, unde duxerit orium.

261. Aulicoru captiuorū delicta probanda
sunt, ne dicantur innocentes, ob inuidiam vel
mctum extincti.

262. Stulti sunt aulici, qui veteres opes lu-
xuriose consumunt, sub spe diuitiarum de no-
uo adquirendarum.

263. Cautus & prudens aulicus, et si à Prin-
cipe parum aestimatur & diligitur: nunquam
tamen indignationem contra eum ostendere,
sed obsequium ubique exhibere debet.

264. Miserum est in aulis, & rara tempore

rum felicitas, sentire quæ velis, & quæ sentias dicere.

265. Imo & min iis pietatem quæ concernunt: debent aulici à superuacanea tamen rerum inutilium inquisitione, & Phrasium innovatione in sacris abstinere, & simul præcavere, ne novorum magistrorum & hominum de templo levitatem respondendo & subscribendo probent, ac iniquitatis & inquisitionis socios & executores se præstent.

266. Aulici concionatoris est dissentientem placare ut fratrem: monere ut hominem: obiurgare ut errantem, & humanitatis sparso sale augumenta contradicentis diluere, sed hodie.

Vt procerum supplent cum verba probantia desunt.

Textaque cum debent soluere crura, ligant.

267. In occupandis regnis, vere nihil salubrius, quam pro milite uti verboso concionatore aulico, is plus efficiet calumniis, mendaciis, quam miles armis. Confirmant hoc Jesuitarum actiones in obsidione Parisiensi. Sic nunquam Georgius à Kunstat Podibradius, Regnum Bohemiæ obtinuisse, si non velo religionis & buccinatore Roikizano, Sacerdote vsus fuisset, neque infrequentia est apud alios. Quod tamen consilium, bonus vir aulicus non semper sepediret principi.

268. Natura excellentem aulicum, semper preferas tantum arte exulto. Natura nāque

que semper perfectius agit, & si quæsieris, cui maiorem laudem tribuere debeamus, naturæ an arti? Natura, ut ille inquit, decreto quodam tacito vindictas feret: Arstamen certior dux est.

Natura
et arti.

269. Aulicus aetiam ætatem & per multos annoscum dignitate continuum vitæ ordinem non facile, etiam molestum, potest deferrere.

270. Aulicus, qui ob aduersariorum criminationes Principis odium incurrit, requirat statim objecta & expurgaturum se affirmet: si notitiam criminum & copiam diluerdi habuerit, ut supra.

271. Reperiuntur homines in aulis nouis, qui cuncta curant afferri yenalia, ut inde lucrum capiant, qui in exordio gubernationis cum mercatoribus expellendi sunt.

272. Prudens aulicus diligenter apud se pensiter, quem & qualem pro intimo amico, & etiam ministro recipere velit. Nam sæpè pro amico & ministro venalem & emptum testem proditoremque cognoscimus.

273. Aulicus liberius in conviviis disserentes, quantum fieri potest, famulos exclaudant.

274. Gratiosi aulici quanto potentiores, tanto erunt invisiiores: nisi autoritatem humanitate muniverint: eâsi non extinguere, minuere tamen poterunt invidiam.

275. In aula semper novorum Principum

ministri sunt discordes, & quis primas teneat, in diversas factiones scinduntur: cui malo in tempore occurrentum.

276. Istum, aulice, inter reliquos caueto, qui rei faciendę gratia, nunc huic, nunc alii factioni adstipulatur.

Favor
Principi

277. Princeps licet aulicum proprio affectu diligit: tamen studeat simul habere validum patronum, qui principis voluntatem in sui fauorem accendat, ut suprà dictum.

278. Aulico parum refert, quomodo accepteris aestimetur, dummodi Principi prudenti, qui illum sublimare & exaltare potest, probetur: prout fertur Stephanum regem Polonię Magno Cancellario, tunc temporis Castellano, more maiorum stanti dixisse: Faciam, ut breui possis sedere.

279. Rarò in aulis simplex sermo invenitur, Galba cum Pisone loquente teste: Ego & tu, dicebat, simplicissime hodie loquimur categori libertius cum fortuna nostra, quam nobiscum.

280. Aulici qui noluerunt alicui dignitatem quandam voto suo cōferre, effusius ceteris evecto gratulanter & gaudere se simulant.

281. Aulicus etiam in habitu, incessu & ornatu suo multum adhibere debet curæ, ne ex his congruis vel ingruis oriatur laus & virtuperium.

282. Aulicus semper consilia & actiones sequatur, quæ nobis honestatem, æmulo invidiā adferunt.

283. Mendaciorum aulicorum in primis
hæc est natura, ut quando incipiunt, primum
vagus & incertus rumor spargatur, inox cre-
scente mendacio præcipui quidam cum con-
cionatoribus affirment, quod ipsi resciunt, ut
ita populo credulo imponant. Res ut clarior
ficeret, posset probari ex eplo recenti, ac valde
odioso.

284. Plurimi aulici callidi, audaces, prom-
pti, prout animum intenderunt, prauia aut in-
dustrii sunt, eadem vi. Aulicis
alii aut.

285. Non sufficit aulicum extra vitia esse,
si non & cum virtutibus sit ad hoc, ut gratiam
& authoritatem in aula adipiscatur.

286. Aulicus famæ nec sit incuriosus, nec
vendicator, pecunia alienæ non appetens, siæ
parcus, publicæ auarus.

287. Ars mira est in aulis eludendi vul-
gus, quod coercere non possis, ut si necem ali-
cuius vel capti vitatem flagitat in justè, iram si-
mules, & majora te facturum affirmes, interim
illum calamitate & supplicio eximas.

288. Quod I.C. Callistratus respondebat,
id cur ad aulicos non transferatur, causa nulla
est. Aulicos quoilibet, in ulteriore familiari-
tatem provinciales debere admittere, cum ex
conuersatione æuali, contemptio dignitatis
nascatur.

289. Aulicus auctor sit Principi, ne dispu-
tationes frequentes publicas & altercationes
in causa religionis permittat.

Nam

Fides
Nam servare modum laus est , nimiumque mu-
vendo

S. Religio
In dubium trahitur religiosa fides.

290. Aulicus peruersus fit nihil esse com-
pendiosius, quam aqua turbida piscari.

291. Magnus aulicus det operam , vt erga
Principem sermone vtarur reverenti, de se
moderato , nihilque in vultu habituque mu-
tet.

292. Graves aulici debent lento gradu in-
cedere, & tarda voce yti.

293. Aulicus si negotium magni momen-
ticum Principe habet tractandum, id deferat
auribuseius , nullo alio negotio defatigatis,
ne labore vel sit imperfectus yelinanis.

294. Omnis aulicus , oportet , vt sit na-
tura & arte compositus alliciendis hominum
moribus : sic enim facilius negotia ad finem
perducet.

295. Aulicus ubi occasio se ostendit , in
qua ipse ingenij & doctrinæ vii palam citra
jactantiam ostendere potest, semper ea uti de-
bet, consideratè.

296. Ita in aulis plerunque comparatum
est, vt honor imperij penes Principem : vis &
potestas penes ministrum aliquem, quantivis
pretij sit: vt in Titiano & Proculo videndum.

297. Prudens aulicus caveat, ne in moræ
ægritudinem & spe impatientiam dilabatur:
licet talis sit herba patientia, quæ adferat infi-
nitismortem.

298. In

Expectatio
Patiā

298. In aula, bello, & tota humana vita,
spes & præmia in ambiguo sunt, certa funera
& luctus: vnde eruditissimus & eloquentissi-
mus vir, condimentorum aulicorum non ex-
pers dixit.

*Vita quid est hominum, nisi spes incerta, metusq;?
Hac interdubii, vivimus & morimur.*

Item:

*Vita quid est hominum? spes & formido futuri:
Multum tristitia, latitiaque parum.*

299. Aulicorum ministrorum mos est,
apud Principem, vt sua quisque facta extol-
lat, etiam (vt dicebat eximus quidam Politi-
cicus, vir magni nominis & summae eruditio-
nis) in lepore capto, falso vera, aut majora vero
muscens.

300. Consuetudo servitij cum Principe
exigit, vt etiam pro iniuriis agantur.

301. In aulis magnos progressus non fa-
ciet cõtumeliae insolens & ludibrium ferre ne-
sciens. Patienter itaque hanc vitam & viam cõ-
terat, vt supra.

302. Miseræ aulæ Principum, in quibus
nemo probitate & industria, neque doctrina
certare, sed iter solum ad potentiam & digni-
tates arripere quilibet conspicitur.

303. Improbia aulici præfecturas & alia of-
ficiavel bona non obtinentes, solent iniquam
iracundiâ flagitiosa perfidia vlcisci, quod non
nullis Theologis quoque infrequens non es-
se, exempla probant.

304. Sem-

304. Semper iunabit aulicumpotentes se-
qui, & vinctetis vestigiis insisteret, si honeste fi-
eri potest.

77
 305. Ab aulico, quæ apud principem in-
famigratia adquiruntur, lœta ad præseis, male
partas mox in perniciem vertuntur,

306. Aulici debent voluptates proprias &
curas ex sanitate vel ægritudine Principis vcl
remittere, vel intendere, & mortuo principe,
non ut Theologus quidam superbus, beatè
mortuo optimo principe, Te Deum laudamus
canere, sed debito modo deplorare seces-
sum immaturum.

~~x~~
 307. Inimprobo aulico patefacit avaritiæ,
superbiæ; ac omnia occulta vitia, felicitas.
Mirum itaq; non est, quod ad summum eve-
ti inimicæ felicitate frumentes evertantur.

308. Callidia aulici soleht specie obsequii
 regere principem: presertim si princeps socior-
 dis, ignorâ & simplicis naturæ ostendit.

309. Aulicus ad omnia quæ agebâ sunt,
 quieta cum industria accedere debet, & sine
 iactantia actis ociososimilis.

7
 310. Turpe est, quidem dictu, at ita radi-
 citus introductum omnium aularum propri-
 um, ut dona nobis aditum & gratiam: favorem
 & officia aperiant. Qui est perfectus aulicus &
 prudens, debet potius carere & officio & gra-
 tia: quam eo pacto colligere.

311. Isdicitur mos amicorum in curiis prin-
 cipum teste Zasio, ut neminem frustra promô-
 veant

veant & promissum iis soluendū est, nisi sum-
mum vendiderint. Prudens aulicus hunc mo-
rem improbet & fugiat: raro enim expedit.

312. Nile est quod aula det absq; argento:
Navigat infelix, qui caret huius ope:
Et ipsē mānū impositiones & Spiritus sancti
dona venduntur, teste Aenca Silviorum & pec-
catorum vicia. Nisi munus in aula Romana
māna impeditum.

313. Aulici sapiunt, qui accepto beneficio
aliquo aulæ valedicunt, ostendunt enim ani-
mum expletum esse, & se periculo subtrahāt:
Quia in Curiales frequenter accidit, Aenca
Silvio moneōte, ut veluti sues, ubi saginati
sunt, in cœnam Domini mactentur.

314. Quod etiam eo modo neque injuria
fieri potest, ut subducta ratione, & calculo in-
stitutō, quid in aulam attulerint, quid dōtis
forsan, stipendiī & gratiæ loco annuatim ha-
buerint, reliqua tanquam ablata, restituant:
in primis quādo iuniores principes sunt sub-
cūra.

315. Qui opes magnas adepti apud princi-
pes perseverant aulici, non eo fine manent, ut
gratiæ referant: sed vel tuto abire nequeunt,
vel nondum auro repleti sunt. Et vitam quam
sciunt esse malam, mutare non possunt.

316. In aulis si deessent Thrasones, in va-
num clamarent Gnathones.

317. Aulicus ita quærat opes, quāsi de iis
non admodum sit sollicitus; cūm diuitiæ ple-
tunq; comitentur indignos, Aristot. authore:
& di-

& divites vel sint impij & iniqui, vel iniqui hæ
redes.

318. Aulicus non est laudandus, ut neque
alius, qui multa cupit & pauca aggreditur, &
oportet namque animum & opera conuenire,
siquis commendari postulat.

319. Aulicus non in animo le demittat &
spem abiiciat, si statim princeps cui inservit,
illum beneficio notior net, nam differtur ali-
quando tanquam majori interito.

320. Aulici probi solam rationem præ viam
& honestatem in consiliis habere debent, se-
quatur qualis qualis eventus, nihil ducentes.
Callidi vero in sermone ac in vita sutil ita com-
parati, ut ex eventu reuum aduersa abnuant,
vel prospera cognoscant.

321. Aulicuscum variis hominum gene-
ribus tractatus, varie etiam se gerat; quod
facile poterit, si naturam & mores hominum
noverit.

322. Aulicorum pestiferum genus est, qui
rei facienda causa, falsū pro vero confirmant,
laudentq; quecunq; honesta ac inhonestā au-
diunt a principe, gynæceo & vulgo laudari, & in
aures principum, ficte & simulatè, ut Cicero
loquitur, infusurrant: & rursus iis vituperan-
tibus, vituperant laudanda, polybiad speciem,
non colorem, sed animum ratione soli, muta-
tes, & conscientiam venditantes, quæ putre-
facta gignit vermiculos immortales: speciosa
& mun-

& munda tanquam facies pulcra animæ , gra-
tiam Dei conseruat.

323. Improbi & indocti aulici, ut meliori-
bus & doctioribus , viam præcludant, semper
terna memoria dignos , ne emergant, qua-
cunque possunt arte pretnunt: malitia enim,
calumnia & mendaciis nunc celebrant pro-
sua libidine bonos & improbos viros, à qui-
bus bonus , cautus , optimus venditur prin-
ceps.

324. Aulicus & miles inter cætera etiam
in eo differunt , quod miles soleat, ut pluri-
mum apertè ac simpliciter similitates exerce-
re, idem habet in ore , idem in corde : con-
trà , aulicus fingit , simulat , decipit etiam,
si occasio patitur. Pacis itaque tempore nu-
dum & merum militem euertet aulicus.

325. Aulicus cautè se gerat, tam circa of-
fensas acceptas , quam aliis illatas, & ab vtro-
que hominum genere se teatum servabit.

326. Aulicus ne in accipitia incidat , sciat ,
in rebus dubiis multos consilium dare , pau-
cos vel nullos partem periculis sumere.

327. In aulicis stat in occulto invidia & a-
varitia : adulatio & ambitio in aperto Claudi-
nus :

Trudia avaritiam, cuius fidissima nutrix.

Ambitio, quæ vectibus foribusque poten-
tum excubat ad invidiam amoliendam, ne ta-
men descendat ad vitiorum irritamenta.

328. Inter prudentis aulici numeratus
indicia, loqui de absentibus principibus, sem-
per tanquam essent præsentes, sæpè enim nō-
nulli sermones inducuntur artificiose, de ali-
quibus principibus, vt præbeant occasionem
obloquendi.

329. Modestia & ignobilitas sunt malis co-
mites in aula, vt & in bellis, Caveat itaque au-
licus, ne nimia modestia, quæ vulgo frigidit-
as appellatur, laborete erit enim ex sententia
Taciti præmiorum expers;

Malus est minister regii imperii, pudor.

330. Magnus semper erit aulicus qui præ-
stat se cunctis vitæ officiis æquabilem, opum
contemptoretn, recti pervicacem, & constan-
tem aduersus metus,

331. Prudens aulicus nunquam aliquem
accuset vel criminetur: cum dubia in hoc est
voluntas principis, frustrè enim aget, & per-
niciem sibi acquires.

332. Turus ubique manes, si calliditate va-
lebis,

Non est simplicitas digna favore magis.

333. In sententiis ambiguous, quæ contra
Principis prudentis votum profers, directo-
que currunt, convenit quiescere, quam vr-
gere.

334. Aulæ sunt plenæ fallacibus amicitiis
& occultis insidiis, quæ latent in simulatio-
ne

nie officii , aut in aliquo necessitudinis vinculo.

335. Aulici varia prædandi vocabula ad inueniunt in perniciem subditorum , quæ amittere fisci vel ærarii causa , non debent principes. Fiscus enim nunquam malè habuit, nisi sub bono principe.

336. Sicut prata humorem: sic aulicus honores, & miles prædam semper sistit.

337. Is aulicus artifex, in politicis censendus est, qui variarum rerum & linguarum cognitione, religionis, historiarum, iuris, politices, Consilio firmo, lingua dñepta, & calamo expedito instructus est. Sit sermonē blandus, stilo gravis, calamo excellens, arte politus, vestitu splendidus, conviviis magnificus.

337. Aulicusetiā in jure excellenter versatus, ne facile partes advocati (alioquin Imperatorū rescriptis nobilissimas & amplissimas) assumat his moribus, propter authoritatē & dignitatem conseruandam, tum propter fauorem multorum retinendum. Cum illa pestis Europæ, Cainum illud studium, propter abusum concessum latrocinium vocetur: & nulla causa sit tam sordida, tam injusta, tam vulnerata, immo nefanda, impia, scabie, lepra & omni vitiorum genere depravata, quæ non habeat emunctores nummorum, egregios patronos & defensores. Fugiat nomen & remi-

cum mercenariorum more hodiè conducan-
tur annuatim paucis numinis , ad jurispru-
dentiam nullo precio nummario æstiman-
dam, tractandam, imò constuprāndam. In-
super rectè Imperator Iustinianus constitu-
it: ne quis audeat in vno eodemque tempore
tām ad uocatione vti, quām consiliarij cuius-
eunque magistratus , quibus Res publica ge-
tenda commititur, curam arripere : cūm fa-
tis abundē sufficiat vel peradvocationem cau-
sis perfectissimè patrocinari , vel assessoris of-
ficio fungi : ne , cūm ad vtrunque festinat,
neutrū benē peragat , sed si advocatus esse
maluerit , hoc cum debita solertia implere
possit: vel , si assessionem elegerit, in ea videli-
cet permaneat.

339. Aulicus magna sibi per xenia & mu-
nera planiciem sternere , & offendicula amo-
uere potest , quo medio vti quandoque ob-
deprauati seculi conditionem , necesse est,
quod tamē non pugnat cum superioribus.

340. Aulicus an ipse xenia accipere possit,
erit? Etcū Antonino Imperatore respōde-
mus: ḡ te πάτερ των, ḡ te πάντοτε, ḡ te παρα πάντων
neque omnia , neque quovis tempore ,
neque ab omnibus. Nam valdē inhumanum est,
à nemine accipere, sed pāssim vilissimum , o-
mnia avarissimum.

341. Laude digni illi sunt, qui à priuatis &
pauperib. nihil in primis iustitiae pīouēndæ
causa:

causa ; sed à Princibus oblata grata mente accipiunt : detestandi & instabiles , qui iustitiam & veritatem vendunt.

342. Aulico stipendium integrum ante tempus definitum , remoto vel diuissimo , ex cognitiuris dispositione debetur : Reimotus propter culpam non perdit ex sententia Iuris-consultorum salarym præteritum , sed futurum.

343. Iuvenes & tyrones in aulis loco semper posteriore ponantur : nec enim patimur , inquit Imp. Honorius , quemquam celsiorē gradum obtinere , nisi cui & laborum assiduitas & stipendiiorum prolixitas suffragantur & Arcadio & Honorio rescribentibus :

Honorius argumentum non ambitione , sed labore ad unumquemque convenit devenire.

344. Aulicus ne glriosus appareat coram principe , & accepta omnia Principi referat , & in loco magnorum ne steterit . melius enim est , vt dicant tibi , Ascende huc , vt humilioris coram Principe , quem vide runt oculi tui .

345. Noli aulicis consiliariis dare vinum : quia nullum secretum est , vbi regnat ebrietas , inquit Salomon : nec militibus , quia Agripinenses largis epulis vinoque sopitos , Germani clausis foribus , igne & incendo , crema- vère .

346. Novum Principem adhuc ministris

& contubernalibus vacuum, primo occupare
solent callidi aulici & sacerdotes, sub spe ma-
gna pietatis & utilitatis prætextu.

347. In aulis usitatissimum est, differre in
alium diem petitiones oblatas: quod etiam
Roboam solenne fuit, dicenti. Ite usque in
tertium diem, & revertimini ad me. Is qui pe-
tit, illam dilationem animadvertis, intermit-
tat suadeo: vel enim nullum, vel gratum acci-
piet responsum: licet nullum responsum, sit &
nabeatur in aula tanquam responsum.

348. Quemadmodum Mutianus quod
diu occultauerat, tandem ut recens exprom-
sit: sic aulicus non statim, quod in animo ha-
bet, proferat, sed commodam occasionem
expectet.

349. Aulicus ab initio statuat, si recte e-
gerit, laborum aulicorum præmium esse: sape-
re & pœnitere: iuxta illud.

*Contriui miserè miser tot annos
Gustando mala, gratias agendo.
Sperando, ingenuaque serviendo,
Tantorum mibi præmium laborum
Sunt, sapere, atque pœnitere:*

Si perversè & pravè: collectas opes, non pro-
futuras hæredi.

350. Miserum quod est, & miserius quod
fratres illi scriptum reliquerunt Anglici.

*Vitam, animas, operam, sumptus impendimus
aulis,*

Premia pro meritis, qua retributa putas?

Aula dedit nobis rescripta, notata papyro.

Et sine mente sonos, & sine corde manus.

Peucos beauit aula, plures perdidit:

Sed & hos quoque ipsos, quos beauit, perdidit.

351. In aula adulantur Venientes, lamentantur Abeuntes.

352. Aulicus sapiens quando deprehendit sibi plus prudentiaz, auctoritatis, gratiaz, virtutis & aliarum dotium à Deo datum, ac aliis: tunc cogitet, tanto magis se obligatum, ad iuvandum proximum: & Papiniano docente: interesse hominis, hominem beneficio affici,

353. Aulicum vix dixeris, in quo non concurrunt virtutes animi & corporis, studiū magendi, cogitationes illustres, mores elegantes, actiones magnificæ & verba plura.

354. Principem suum aulicus ne extra modum laudibus ornet, quemadmodum enim prudentes offenduntur, si culpaueris: sic etiam quando præter rationem laudaueris. Lauda omnia parce.

355. Quemadmodum medicus in infinite curanda, vel membro sanando diligenter prospicit ne adhibitis medicamentis aliud membrum lœdatur: Sic aulicus auctor sit Principi, ut ita curet Remp. ne conservando unam partem: alteram destruat, in priunis in exigendis & congerendis pecuniis.

356. Turpe est aulico omnium regionum, in quibus ipsi versandum est, ignorare conditionem & statum: Principum potentiam, scientiam Consiliariorum, familiarium originem, insignia in primis nosse debet, Aulicus doctus dici debet:

Non qui multa tenet: sed qui scit idonea vita:

Hic dici doctus cur mereatur, habet.

357. Similiter quotnam habeant Principes arces, præfecturas, silvas, piscinas & similia; etiam quos exercitatos in arte militari, in aliisque scientiis.

358. Multi superstitione inquirentes estimant totius orbis Christiani monasteria esse 225044. & Germaniam habere 52. Episcopatus, Abbatias 63. Præposituras 120. Commendaturas 22. Galliam verò 100. Archiepiscopatus 650. Abbatias, 2500. Prioratus, 1700000. Turres. At si quæsieris quot arces, quot civitates bene inunitas, quot bonos viros in quolibet scientiarum genere habeat Europa, multos esse mutos deprehendes.

359. Aulici ne sint Athenienses, hoc est, ne sciant quod est rectum & iustum tantum, sed etiam faciant.

*Quid iuuat innumeros scire atque evoluere casus
Si fugienda facis, si facienda fugis? Ion.*

360. Aulicus si omnia exactè obseruarit, quæ in libris prudentum scripta sunt, memor tamen

tamen sit Psalmi in quo Dauidis sententiam
hisce versibus. Illustrissimus Princeps ac Do-
minus , Dominus Mauritius , Landgrauius
Hassiae, interliteratissimos Heros; expressit;

Qui Domino fidit, felici navigat unda:

Fidere principibus, ventus & auraleuis.

Et jam prorsus calumniis ejectus & inui-
dia suppreslus, valedicat non tantum aulæ, sed
universo mundo immundo , repetens virili-
ter illud;

Feci, quod potui: potui, quod Christe dedisti.

Improba fac melius, si potes inuidia.

361. Totusque sit in piis lectionibus &
meditationibus sacris, magno animo vanita-
tem mundi irridens, dicat;

Inveni portum, spes & fortuna valete:

Nil mihi vobiscum est, ludite nunc alios.

362. Postremò ut breuiter cum verbis
Bernhardi concludam;

Tunc inuenisti sapientiam, si mala tua preterita
desfleas, si presentia hec bona parvipendas, si futura
bona toto cordis desiderio concupiscas.

Mundo enim & aulę securè nemo confi-
dere potest, ut summa eloquentia Antonius
de Gueuara , in tractatu de vita priuata de-
monstrat: & maiori cum zelo sacra scripture
inculcat:

Filioli, ne diligite mundum, neg, ea quæ in mun-
do sunt: si quis diligit mundum, caritas Parrison
est in eo: quoniam quicquid est in mundo, cupiditas

carnis, & libido oculorum & fastus vita, non ex Pe-
stre, sed ex mundo est.

Porro mundus præterit & cupiditas ipsius: Qui
perd præstat voluntatem Dei, manet in aeternum.

Eleganter VVidebramus canit:

Vita viatoris, quasi transi: us: omnia finem.

Quocunque immundus mundus h. norat, habent.
Transit honos, virtus, fortuna, pecunia transit:

Mente Deo similis, corpore transit homo.

Transire patres, simul hinc transibimus omnes:

In calo patriam qui bene transit, habet.

Ex aulis itaque transiturus operam det, ut
ex hac aula immunda & lubrica, in mundam
& aeternam transire, & in futura vita dies e-
ternitatis inveniri possit.

Vanitas vanitatum, & omnia
vanitas.



F I N I S.





ui


st.

ut
m

5-











00033057



